Salzburg, 2. Drittel 16. Jh.



Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8191
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



celi et terra gloria tua: Osanna in excelsis
Benedictus qui venit in nomine dni: Osan-
na in excelsis Post hoc stet in cornu
altaris vertendo se versus crucifixum
in libro. Et signet se signo sancte
crucis. Deinde vadat ad medium
altaris et faciat ibidem cruce sup
altare et osculetur. Deinde ponat
manu in medium crucis ante pectus
suum et sic osculando crucem in libro
Elevatis et combinatis manibus
ac mente devota in celum dicat.
Te igitur clementissime pater per ihesum
christum dominum nostrum ut ponitur in libro Mis-
sali Et finito Agnus dei qui tollis
peccata mundi Miserere nobis quod tribus
vicibus dicitur sic conclusive Dona
nobis pacem. Dicat hanc orationem
Domine ihesu christe qui dixisti apos-
tolis tuis Pacem meam do vobis. Ibi
osculetur medium altaris Pacem
relinquo vobis Ibi osculetur liber.
Ne respicias peccata mea: sed fidem ecclesie
tue. eamque secundum voluntatem tuam pacificare